Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26085
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& mystica locum porte interiores. Videam qualis posita
exterior patear. Non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed
quasi carnalibus tanq. paruulis in xpo. Lac uobis potui dedi
non escam. Videam qualis porta interior patear sapientia
loquimur inter perfectos, ut uideam utrum eadem ipsa sit posita
interior & exterior. Sapientibus & insipientibus debitor sum.
Qui rursum dicit. Siue mente excedimus deo. siue sobrii sumus uobis.
In hoc enim quod contemplando & loquendo sapientibus mente
excedit porta interior est. In hoc uero quod paruulis sobrie in predica
tione se temperat & quanta ebrietate spe infundatur in mente
cum predicat non ostendit exteriorem posse se esse manifestat.
Ipsi itaq; exteriores porte nobis sunt. & interiores. que nos & in pri
mo aditu fidei spei atq; caritatis instituunt. & cum iam perfec
tis celestis regni mysteria predicant. per subtiliorem sensum nos
ad interiora perducunt. Vnde & per vii. gradus prius ascensus
earum describitur. & per modum viii. octauum etenim gradum illi
uite mysteria significant quam in secretis suis perfecti intelligunt.
qui iam cuncta temporalia transcendere nouerunt. qui presentem
uitam que vii. dierum circulis euoluitur plene despiciunt. qui
de intima contemplatione pascuntur. Habent igitur poste spiritalis
edificii vii. gradus. quia timorem domini. & pietatem. & scientiam. fortitudinem
& consilium. intellectum. & sapientiam suis auditoribus predicant. Si cum iam omnia
dimitti percipiunt. cum nihil in hoc mundo diligi animo
nent. nil per affectum teneri. cum contemplationem celestis patrie
intendi atq; inde suadent mysterium delectari. gradum adduxit.
& ad interiora transeunt. Iste gradus docente ueritate cuidam
ostensus est. cum cum legis precepta diceretur respondit. Hec omnia
custodiui a iuuentute mea. Quasi enim iam in vii. gradibus statuat
cum a iuuentute sua omnia se custodisse diceret. Si ei mox dic.
Adhuc unum tibi deest. Si uis perfectus esse. uade & uende que
habes. & da paupibus. & habebis thesaurum in celo. & ueni seque
re me. In quibus uerbis octauum equidem gradum uidit. Si ascendere no
luit. qui tristis abcessit. Quisquis itaq; contemptis rebus temporalibus. eternitatis
contemplatione pascitur. celestis regni gaudia rimatur. Post